

tra Riezin & Pecajam auxilium præsttit, Rezine cæso a Damasco vi exprignata 2. Reg. 15 & 17. III. *Salmanasser*, Hoseam regem stipendiarium reddidit, Samariam expugnavit & in Assyriam depo-  
tavit, finem regno Israelitico imposuit, Tyriotum item regem Elu-  
læum infestavit. 2. Reg. 19 seqv. IV. *Sennacherib* expugnavit Azotum  
palæstinorum Jes. 20, I. rem etiam habuit cum Medis rebellibus:  
Ezechiæ defectionem vindicavit, Judæum invasit, obsidionem Hie-  
rosolymorum (anno post mortem Romuli) cæsis una nocte 185000,  
reliquit & fugit, domum reversus, à filiis in æde Nisrochi deastri sui  
trucidatus. V. Jes. 36. & 2. Reg. 18 & 19.

§. XXI. *Apud* (II.) BABYLONIOS tempore Romuli, post Vir-  
ginum raptum, bellumque cum sabinis, nova Dynastia à *Nabonassare*  
excitata est, quæ alteram Assyriorum Dynastiam absorpsit. Magnæ  
hic difficultates in Historiâ Chronologica occurruunt. Nam, uti f.  
19 & 20. diximus, unum fuit Assyriorum & Babyloniorum regnum;  
sed si regum successionem 2. dynastiæ, cum regibus 3. dynastiæ  
conferamus, juxta Ptolomæi canonem & scripturæ, deprehenditur  
οὐαλιοφανεῖς in istâ collatione, reges aliquos 2. dynastiæ coæ-  
taneos fuisse regibus 3. dynastiæ, quod manifestam arguit absurditi-  
atem. Et sane, cum Ptolomæi Canon rejici non possit, eclipsium  
charactere munitus, relinquit D. D. Wagner (quem vid. pluribus  
l. 3. c. 4.) decisionem Chronologis; quamvis unà innuat, aut in  
modo allegationis ad annos mundi errorem esse; aut hallucinatio-  
nem ob nominum varietatem & confusionem, quibus monarchiæ  
hujus reges apud Historicos indigitantur, in personis committi, ut  
quidam reges sint iidem, qui alias pro diversis habentur; aut inter-  
regnum à Sardanapalo ad Nebonassarem, ann. 111. solidorum, sta-  
tuendum esse &c. p. m. 211, 217, 18. Ingenii tenuitas non permittit,  
certam dubiorum solutionem proponere, aut alterius pro certâ &  
indubitâ asserere. *Funccius*, *Mercator* & alii Salmanassarem cum  
Nabonassare eundem fuisse opinantur: *Scaliger* l. 5. de Em. Tem. f.  
314. Nabonassarem vult esse Merodachbum, patrem Markedempa-  
di &c. At, neque Assyriæ rex Nabonasser fuit, nec Babylone Salma-  
nasser, cum circa ea tempora Baladan & Merodach Babylone re-  
gnarint, Jes. 39. 1. Neque tempora Nabonassaris, characteribus caeler-  
stibus à Ptolomæo firmata, illi congruant. V. *Bekm Manud. Chronol.*  
& *Semuch. c. 19. q. 1.* Probabilis est Dion. conjectura, Petarii post  
Assy-